



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 109. Carolus Rex a Parlamento, Scotisque indigne habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

pernoctans, tandem ad Scotorum exercitum, qui tum Nevarcam obsedit, die vigesima prima ejusdem Mensis pervenit: Paulopost Oxonium Parliamentariis deditum, & Jacobus secundo genitus Regis Filius Dux Eboraceus inde Londinum quasi in triumphum abductus est, quem etiam Fairfaxius velut re magnifice & præclare gesta toto triduo solemniter apparatu egit.

Sæc. XVII.  
A. C. 1646.

## §. CIX.

*Carolus Rex a Parlamento, Scotisque indigne habitus.*

Quamprimum Rex dolosis Scotorum promissis deceptus, Nevarcam venerat, mox exercitus Dux eidem proposuit, ejus securitati haud satis confultum esse, nisi copiæ ad Scotiæ fines procederent, id vero fieri non posse, nisi prius Nevarca & Bamburia dederentur. Annuit Rex Ducis petito, urbisque deditionem Gubernatori præcepit, qua facta unacum exercitu Neocastrum contendit, ubi decreto ad Parlamentum Legato rursus eidem ampliores pacis condiciones obtulit, ac Londinum, ut ibidem cum ipsis oretenus agere posset, pergendi facultatem petiit: Ast non modo repulsam tulit, sed Scoti etiam Belliduces, cum de privatis

*Thomas hist.  
d' Angl. l. 21.  
Ruswort.  
l. c. p. 321.  
Whitl. p. 225.*

Sæc. XVII tis pactis cum Rege initis se Londini  
 A. C. 1646. in simulari intelligerent, se ab Anglo-  
 rum societate nullatenus recessuros, pa-  
 lam declararunt, simulque Regem ur-  
 gebant, ut ipse quoque huic conven-  
 tioni subscriberet, & Protestantium Re-  
 ligionem in Anglia stabiliret, necnon  
 Parlamenti consilia sequeretur: Præ-  
 terea paucis post diebus utriusque Cu-  
 riæ Senatores Regi easdem pacis con-  
 ditiones, quas jam Uxbridæ cude-  
 rant, proposuere: cum vero hæ pro-  
 positiones Regem omni auctoritate e-  
 xuerent, hinc Deputatis respondit, „se  
 „nunquam assensurum ejusmodi condi-  
 „tionibus, quibus potestas sibi per Re-  
 „gni leges & generis prærogativam  
 „competens everteretur, assensurum  
 „vero omnibus postulatis, quæ justa &  
 „æqua, & nulla privati sui commodi  
 „habita ratione ad veram Regni utili-  
 „tatem cederent.„ Percepta hac Re-  
 gis repulsa Scoti cum Parlamento a-  
 gendi copiam petierunt, ut mutuis  
 consiliis deliberare possent, quid cum  
 Rege pro utriusque Regni bono agen-  
 dum esset. Tum vero tam Angli quam  
 Scoti omni injuriarum genere Regem  
 afficere certabant, & quidem eo Neo-  
 castrum vix adventante, quidam Præco-  
 natione Scotus coram illo petulantissi-  
 mum habuit sermonem, quo finito quin-

quinquagesimum primum cantari iussit Sæc. XVII.  
 Psalmum, qui incipit: *Quid gloriaris* A. C. 1646.  
*in malitia, qui potens es in iniquitate, tota*  
*die injustitiam cogitavit lingua tua &c.*  
 Imperabat Rex indignationi suæ, rara-  
 que moderatione usus, sede sua sur-  
 rexit, præcipiens cantari Psalmum quin-  
 quagesimum quintum ab illis verbis:  
*Miserere mei Deus, quoniam conculcavit*  
*me homo, tota die impugnans tribulavit*  
*me: conculcaverunt me inimici mei tota die,*  
*quoniam multi bellantes adversum me &c.*  
 Alia die Alexander Hunderfonius Præ-  
 co Scotus summa importunitate Regem  
 ad acceptandas Parlamenti propositio-  
 nes urgebat, Rege autem conscientia, et  
 honorisque sui jacturam obtendente,  
 Hunderfonius Episcopatum calamo va-  
 lide impugnabat, Rex vero vicissim ca-  
 lamo & ore hunc Prædicantem tam  
 arcte pressit, ut ipse paulopost ex pudor-  
 ris vehementia Edini decederet, & mor-  
 ribundus amare deploraret mala, quæ  
 in utroque Regno per errores suos caus-  
 fasset. Denique ad infamiae & perfidi-  
 aie cumulum accessit, quod Scoti de  
 pretio, quo Regem suum Anglicano  
 Parlamento inhumanitate nec inter Bar-  
 baros audita venderent, pacisci non  
 erubuerint, uti postea memorabimus.